



**PROGRAMMA**

33.

*QVO*

**GEORGIUS DETHARDING,**  
Med. Doct. & Profess. Publ. Facultat. Medic. Colleg.  
Ducalis & totius Acad. Senior, ad hunc actum Decanus,

**DISPUTATIONEM INAUGURALEM**  
PRÆNOMINIS ATQUE CLARISSIMI  
**DN. JOHANNIS ERNEST.**  
**KINDLERI,**


*Wismariensis,*

PRO OBTINENDIS IN ARTE MEDICA  
HONORIBUS ATQUE PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS,

*IN AUDITORIO MAIORI,*  
d. 27. Octobr. Anno 1729. habendam indicat,  
Et quo præsentes sint,

**MAGNIFICUM DOMINUM RE-**  
CTOREM, UTRIUSQUE REIPUBLICÆ SENA-  
TUM, OMNIUM FACULTATUM PROFESSORES,  
DOCTORES, LICENTIATOS, VERBI DIVINI MINI-  
STROS, PHILOSOPHIÆ MAGISTROS, LECTISSI-  
MAM STUDIOSORUM CORONAM, OMNES-  
QUE LITERARUM AC LITERA-  
TORUM FAUTORES,

Ea, quâ fas est, observantia atque humanitate  
officiosissime invitat.



*ROSTOCHII,*

Typis IO. IAC. ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



Vi Scientiarum Medicarum primordia, incrementum & decrementum paullo attentius contemplatur, is confitendum haber, quod de Rebus publicis & Regnis hujus mundi asseritur, habere suas periodos, quibus nunc surgant, nunc crescant, nunc ecclipsin

gloriæ patiantur, nunc iterum in pristinum resurgent, pariter affirmanda esse de Scientia Medica. Sive enim universa Scholarum dogmata spectemus, sive ad singularia principia horum illorumve Doctorum attendamus, qui pro stellis primæ magnitudinis habitu fuerunt, revolutiones maximas vix non per quævis secula à primis incunabulis fuisse memorabiles observatu facile est. Sit in exemplum *Doctrina de Venæsectione*, quo tanquam ex ungue Leonem, veritatem hujus asserti demonstremus. Obtinuerat illa locum non infimum inter præsidia medica contra morbos à repletione sanguinis oriundos, quando CHRYSIPPUS, qua valuit peritia in medicina & Philosophia omnium primus, phlebotomiam exterminare ausus est, permotus, quod non pauci ob hæmorrhagiam immoderatam vitam cum morte commutaverint; alii prætimore mortui; quod medium sub hac evacuatione tenere ultra limites possibilitatis repositum fit, quin excessu vel defectu mensura justa lædatur; tum quoque suo tempore (ex ignorantia, quod suspicor, anatomiae) arterias pro vena inciderint chirurgi, cui APÆMANTES, ARYSIPPUS, ANDIUS, STRATO, item ERASISTRATUS Medicinon incelebres subscripti runt. Opposuit se illis magno fervore Medicorum Aaron GALENUS, sed etiam tam felici successu, ut Venæsectio ab illo reperit suum pristinum nitorem, & sat longa tempora retinuerit. En iterum à Schola

a Schola medica novum phlebotomiæ hostem, à SCHELHAMMERO vocatum Medicorum Attilam & flagellatorem HELMONTIUM, qui prouti erat Galeni juratus hostis, exprobrabat primævis medicis, quod à brutis Hippopotamo, item Equis Hungaricis hanc sanguinem perdendi viam didicerint, & ERASISTRATEIS monitis resistentes à GALENO hoc infensum medendi genus in deliciis habuerint. Non esse per Venæsectiones corporis viriumque diminutivas curandum, nunquam sanguinem abundare, nec in venis tanquam proprio conceptaculo sanguinem posse vitium contrahere &c. cui palmarum tribuentes BONTEKOE, GEHEMA, MUSITANUS, HORLACHER aliique spretis rationibus ad convitia progressi sint, phlebotomiam vo- cantes cum allegato GEHEMA Medicinisches Mord-Mittel, cum THOMSONE inventum Diaboli, cum WERLOSCHNIGIO remedium ab avaris Italis Medicis in Germaniam translatum. Sed hæ nubeculæ sub fine elapsi seculi iterum fuerunt discussæ, ROLFINCIO, SENNERTO, WEDELIO, HOFFMANNO, STAHLIO Venæsectionis patrocinium in se suscipientibus & masculine sustinentibus, quorum Apologiam cum satis scite exposuerit Celeb. MURALTUS, placet verba ex Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann. I. Obs. 104. hic transcribere: Curantur Venæsectione, inquit, omnes morbi à plethora oriundi, febrium quoque plerèque species, obstrunctiones contumaciores, magna vulnera, contusiones, tumores, ulcera, plurium morborum symptomata. Venæsecio porro mitigat dolores, conciliat somnum, tanquam potentissimum Anodynum & Hypnoticum, Dysenterie & Hemorrhoidibus succurrit, vix alio mitigandis remedio: Quodsi Venæsecio curandæ Podagræ non sufficit, præservabit tam, si tempore admittatur; præsentaneum quoque & jecurum remedium est contra Apoplexiæ sanguineam, curat Anginam, libertatem oppressis restituit pulmonibus, variolas & morbillos mitigat, sic, ut & cicatrices impedit, & sympto-

Symptomata inde oriunda tollat. Quemadmodum Venæsectionis,  
si cum ratione instituta fuerit, multorum morborum panacea  
est, ita ægris plurimum nocet, nisi prudenter adhibeatur.  
Non dicam, quales Catastrophes electio venarum  
secundarum experta fuerit, dum veteres nimis scrupulosi, ejus successores nimis negligentes fuerunt;  
recentiores media via incedunt. Nec de venæsectione  
in pueris referam, quam hanc laudent Galli, damnant Germani, quos inter iudicio maturo pollens  
Stahlius fatetur, posse illam in puerili aetate aliquando locum habere, sed non tantopere requiri,  
quod facilioribus aliis remediis utplurimum mala  
per illam averruncanda dispelli possint. Ne diffusor  
videar, perpendendas fisto-lites de Venæsectione  
in pedibus gravidarum. Antiquis temporibus ex  
effato Hippocratis Aphorism. 31. sect. V. Mulieri gra-  
vidæ si vena tundatur, abortit: eaque magis, si foetus  
grandior sit, magna circumspecione phlebotomia, &c. nisi in casu summæ necessitatis, minime o-  
mnium in pedibus instituebatur. Quæ cautela pe-  
nes vulgum suspicionem de læsa virginitate excita-  
vit, hodienumque foveat, si quando virgo desideret,  
venam circa talum tundi. Hodienum tamen non  
modo passim gravidæ coram tribunali Venæsectionis  
pendant certam quantitatem sanguinis, adiguntur, &  
se ipsas lâte condemnant, sed citra metum abortus,  
quem experientia toties comprobavit, vanum fuisse,  
ex pedibus sanguinem prolici facile admittunt; pro-  
uti mihi nota hæc sunt exempla gravidarum, quæ  
hanc venæsectionem etiam largam, citra ullam no-  
xam sustinuerunt. Parilem revolutionem Doctrina  
de Venæsectione Senum experta est. Quam non fu-  
erunt, qui eandem damnarunt, tanquam depræda-  
tricem vigoris naturalis, qui jamdum sat satis remit-  
tat, ut potius adaugendus sit, quanrr detrahendus;  
peſſūndari ajunt nutritionem, ergo & vitam: non  
metum hic esse de abundantia sanguinis, Venæsectio-  
nis



nisi patrono summo; quando Ventriculo de officio suo remittente non tantus chylus, nec ergo tam abundantans sanguis parari queat: Man solte lieber das Blut lauffen, als es durchs Aberlassen vergaüdern. cautius de thesauro vita esse statuendum &c. Aliter hodie medicæ Scholæ docent, quæ non modo utilitatem venæsectionis post annum quinquagesimum & sexagesimum monstrant, allegando plethoricam ex vita magis sedentaria & magis commoda oriundam constitutionem, spontaneas sanguinis effusiones magnō levamine post se trahentes, sed & necessitatem passim in his, qui huic evacuationis generi aſſeverunt, niſi velint in varios affectus anomalos, febres ſic dictas catarrhales, arthriticas, tandem podagram incidere, aut nephritici evadere: passim in foeminiſ sub mensum fine, variis & gravifimis paſthematibus obnoxiiſ, quibus tuſa vena radices præcidantur. Quocirca non poſſum, quin addam, me primam Venæſectionem anno ætatis quinquagesimo quinto peripnevmonia laborantem, quarto etiam morbi die cum ſolamine admifſe, ac eandem ſemel de anno, monente vertigine, repetiſſe, quæ statim inde periit, ut hodiernum jam Seculum roboret prudenter à GALENO prolata:

Est adhuc ut afferam, quam Venæſectio ab aliis in certo morbi genere fuerit commendata, & frequentiſſime administrata, ab aliis e contra, si non inutilis, haud tamen neceſſaria habita. En Pestilentiam! quam non diſſiciles fuerunt antiqui Medici, ut Venæſectioni locum darent, ad quorum mentem a Celsu STAHLIO in Disp.de Venæſ. Parrocin. in nulla febre, quatali, Venæſectio absolute neceſſaria, aut utilis aſſeritur.

Multo minus uſum habet in malignis febribus, petechialibus, febre Hungarica, epidemicis & contagiosis, ubi non quaſtio eſt de ſanguine conſumendo, ſed de materia tenuiſſima & ſimul agiliſſima vaporetenus corpoſe expellenda. Cum quo facit DIE-

MERBROECKIUS Lib. III. de Peste. c. 3. dum testatur, durante peste Noviomageni venæsectionem dannosissimam fuisse, ac proinde se nulli venam sequisse, nec sanis nec ægris, imo vix quidem in aliis morbis qui venæsectionem exigere videbantur. Alter ex recentioribus, quos inter ex professo hanc controversiam tractantem allegare licebit Celeb. SCHULZIUM in Dissert. de Sanguinis missione in Pestilenta Altorff. A. 1725. habita, qui observantes sub sanguinis abundantia in pestilentiali febre correptis vasa turgida impedire motum sanguinis pro transpiratione insensibili, unico in his morbis remedio obtinenda, quæ remota depletione sanguinis auferatur, ut sub circulatione liberiori ad diaphoresin via patula magis sit, excludatur ergo promptius quæ putredinis indole sanguinem corrumperent, & brevi spatio perderent. Metum, quasi à circumferentia ad centrum sanguis missione illa perducetur, sive criticæ evacuationes, ad quas bubones spectent, intercipientur, svavi regimine diaphoretico arceri, ac quidem experientia tam in purpura, tum quoque perperarum purpuratarum conclamatis rebus ita fieri testatum faciat. Conf. HOFFMANN. Dissert. de Venæsectionis prudenti administratione Obs. II. Pergo ad Variolas.

Quæ non bella fuere de instituta Venæsectione in Magnæ Britanniæ quondam potentissima Regina MARIA, quæ semel antiquorum, illis recentiorum castra sequentibus. Pergerem recensere metaschematismos sententiarum de usu Venæsectionis in Pleurite, Peripnevmonia, Phthisi, Hydrope, affectibus Uteri, imprimis de Venæsectione in Colica, nisi imprimis quoad hanc Prænobilissimus Dn. CANDIDATUS ubertim, quid statuendum sit, exposuisset, ut in allatis subsistam. Hoc modo monuero, differentias quoad regiminis doctrinarum formam mutatam non semper tam esse diversas, ac quidem prima fronte leviter meditantibus videntur. Qui ad polytrilleton hoc quoad illas variationes attenderit, qui bene distinguit, bene docet, facile viam inveniet, quomodo bella Reipublicæ medicæ componi possint, tanta sunt momenta presumenda à quantitate sanguinis, quæ vel triplo major tempore

Hypno-



quæ sub initio quadrant, sub statu merito exulant, à  
constitutione individuali, quando pleniori & ferunt, & postu-  
lant, quod minus pleniori fine vitæ dispendio non sustinent;  
à regionum diversitate, quando in terris calidioribus prosunt,  
quæ in frigidioribus nocent &c.

Sed eft, ut ad curriculum Vitæ prælaudati Dn. [CANDI-  
DATI] exponendum me accingam.

Lucem aspexit in urbe Wismaria, inter Hanseaticas quon-  
dam celebri, & ex fortalitius se cingentibus speciosa, Anno  
hujus Seculi MDCCVI. die 9. Calend. Octobr. Patre natus  
JOANNE KINDLERO vñ ev iij*z*ios, Scholæ, quæ illic floret,  
quondam Rectore incluto, cuius famam tot Discipuli edecu-  
matæ eruditio[n]is passim clavis Reipublicæ & Ecclesiæ admo-  
ti vetant mori, & quem sua virtus fecerat, ut inter amicos  
meos intimos numeraverim, cuius Parens ejusdem nominis Be-  
rolini inter cives primi ordinis fuit habitus & estimatus. Ma-  
ter ANNA MARGARETHA, filia Professoris Juris olim in  
hac Alma famigeratissimi JOANNIS BARNSTORFFII, vivit,  
et si eheu vidua, per DEI gratiam & fructus solertissimæ e-  
ducationis uberrimos ex bona indeole hujus filii, pariter ac  
reliquorum gnatorum carpit, faxit Deus quam diutissime! Illa  
fane indoles informationi Præceptorum Scholæ memoratæ adeo  
favit, ut quæ fundamenta magna assiduitate studiorum strue-  
rent, tum DN. GUNTHERUS Cantor, D. TANCKIUS, Con-  
rector, ac vel maxime Parens ad ingenia formanda natu[re] & fa-  
ctus, essent firma, & ad sustinenda altiora fatis commoda. Non  
minus robur illis addidit in locum demortui Parentis succedens  
DN. REIMARUS, quem hodie Gymnasium Hamburgense fibi  
vindicavit. Contulit ergo sese, ac solent arbores locum mu-  
tantes dulces magis fructus promere, Güstroviū, tam, ut fi-  
delissimi & peritissimi Correctoris ejusdem Gymnasii DN.  
SANDOVII institutione privata frueretur, quæ nullum un-  
quam indoctum dimisit, quam ut una fidelia ex ore mellitissimi  
Avunculi, Viri Prænobilitissimi ac Experientissimi JOHANNIS  
GEORGII BARNSTORFFII Medicinae Doctoris & Consiliarii  
aulici Serenissimæ DUCIS MECKLENBURGICÆ, Quæ Bü-  
tzovii commoratur, Fautoris atque Amici aësumatissimi, han-  
niret prima Elementa scientiæ medicae. Siquidem vero in utro-  
que negotio inter se certarunt, & celeritas apprehendendi quæ  
tradebantur in discente, & perspicuitas dictionis in docente, non  
potuit non ingenium reddi scientiæ splendidum. Expertus  
hoc ipse est magno suo commodo, quando ad Emporium sci-  
entiæ medicae, quod Jenæ in commodum totius orbis floret, se con-  
fult



tulit, quod An. 1726. elatio contigit. Statim quippe ac ius re-  
ctoratu Viri plurimum reverendi DN. JESALÆ FRIDERICI  
WEISSENBORNII, Superintendentis vigilansissimi; & Professo-  
ris Theologiae religiosissimi Civis ac Musarum filius factus, hoc  
age, pro Symbolo habuit, ut citius Doctores docendo, quam ille  
Auditor auscultando, fuerint delassati. Non sine animi læti-  
tia recordatur D. JOANNIS ADOLPHI WEDELII, qui Me-  
thodum medendi, doctrinam de Febris, Inflammationibus, item se-  
metioto-pathologicas & pathologico-therapeuticas exercitationes Parentis  
inclusi; D. HERMANNI FRIDERICI TEICHMEIERI, qui  
Physiologicam, Botanicam & Chirurgiam, habita simul sectione cada-  
veris feminini; D. SIMON PAULI HILSCHERI, qui Dieteticam  
& modum formulas prescribendi magna lubricine & maximo e-  
molumento filiorum artis docuerunt, ut his Viris magnæ famæ  
suisque Professionibus publicis strenue vacantibus se nunquam  
non obstrictum confiteatur. Imprimis alta mente penes DN.  
CANDIDATUM manet reposta fidelissima manuductio Vir.  
Doctissimorum & experientissorum HAMBERGERI &  
STUVENII, utpote quos habuit hodogetas acceptissimos in ad-  
discendis Physiologia, Pathologia, materia medica, methodo medendi, me-  
dica, morbis mulierum, infantum, quibus mederi omnium difficulti-  
mum, item Physica, Anatomica, imo in praxi clinica, quo vestigia ho-  
rum premendo, & doctus & fidus evaderet Medicus. Quandoqui-  
dem vero alterna amant Camoenæ, interposuit studii istis seruis,  
quæ & clariss. Matheseos Professor DN. IOHANNES BERN-  
HARDUS WIDEBURGIUS & præcellens Magister KOHLE-  
RUS in animi refocillamentum ingenuo studio attulerunt. De-  
currisset lubenter in hoc stadio tam grato, imo alias Academias  
visitasset, nisi Mater charissima hunc suum probum gnatum iterum vi-  
dere, & vero prælaudatus Avunculus in suos complexus denuo voluſ-  
tent, ut perspectis Almis in vicinia sitis domum redierit. Quod vero per-  
penderet, instare metam, ad quam tanto ardore contendat, & in praxi  
esse deducenda, quæ haec tenus instillata erant, nostram Almam adiut, & à  
Facultate Medica modeste petit, ut in examinibus svtis experiemur,  
quid humeri valeant, & an sufficiant ad labores clinicos sustinendos. An-  
nuimus quam lubentissime, & talem perceperimus qualém speraveramus,  
i.e. probe in scientia medica versatum, cui nec deficit facundia, nec ingen-  
ium, nec judicium. Nil ergo restat, quam ut itidem talem, se publice listat,  
in quem finem Disputationem præsentem de Colica Sanguineo-Spafmodica  
& Venæ sectione in illa pro specifico habenda, proprio marty elaboravit. Quo  
ergo, dum habebitur die 27. Octobr. hoc negotium fit eo illustri; & nomi-  
ne Facultatis Medicæ MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Uriusque Rei-  
publicæ Proceres, omnium Facultatum Doctores, Licentiatos, Verbi Divini Mini-  
stros, Philosophiae Magistros, Generosos & Nobilissimos Dnn. Studiosos ut præ-  
fentes sint & faveant, qua decet observantia, & qua par est  
humanitate invito.

P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Medicæ, d. 25. Octob. Aa, MDXXIX.



00 A 6271

E17


VD18

ULB Halle  
003 571 882

3



f



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE

# AEGRORUM EXAMINIS METHODO ET CAUTELIS,



*Quam*,  
AUSPICE DEO PROPITIO,  
Ex Consensu atque Autoritate Grarioſa Facultatis Medicae,  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E  
**DN. D. MICHAEL ALBERTI,**

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CON-  
SILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. FFC.

DECANO SUO SPECTATISSIMO,  
Domino Patrono, Praeceptore ac Promotori suo omni honoris cultu profsequendo,  
PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA VENIS

